UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Gregorivs Papa XIII. Vniversis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62915

Visual Library

GREGORIVS
PAPA XIII.

Vniverſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

EMENDATIONEM Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis & teſtimoniorum depravationibus pleniſſimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris optimo conſilio ſuſceptam, ſelectiſque ad id negotium ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & aliis eruditiſſimis viris adhibitis commiſſam, multis autem, variiſque impedimentis hactenus retardatam: nunc tandem vetuſtiſſimis Codicibus undique conquiſitis, auctoribuſque ipſis (quorum teſtimoniis uſus erat Gratianus) perlectis, quæque perperam poſita erant, ſuis locis reſtitutis, magna cum diligentia abſolutam, atque perfectam, edi mandavimus. In quo magna ratio habita eſt Operis ipſius dignitatis, & publicæ, eorum præſertim, qui in hoc ſtudio verſantur, utilitatis. Iubemus igitur, ut quæ emendata & repoſita ſunt, omnia quàm diligentiſſimè retineantur, ita ut nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris, die ſecunda Iunii. M. D. LXXXII. Pontificatus noſtri Anno undecimo.

ANT. BVCCAPADVLIVS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN